



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XLIII. Romana legati, seu oneris. An conditiones, vel onera legato adjecta, quæ sint adeò præjudicialia, ut non expediat legatario acceptare, vitient legatum, vel potiùs vitiata remaneant, ac ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

beat, juxta generalem propositionem quam habemus, ubi legatarius sit magis conjunctus, seu verisimiliter magis dilectus, quam hæres, qualis reputatur pia causa in concursu præsertim hæredis extranei, ut in hac facti specie.

Quæstio etenim, majoris, vel minoris dilectionis, cadit in concursu piæ causæ, cum filijs, & descendentibus, in quoque casu nostri [pro consueta frigiditate] nimium certant, ac scinduntur; Alijs simpliciter, ac indiseretè tenentibus partes piæ causæ; Alijs è converso indefinitè tenentibus partes liberorum; Alijs verò distinguendis, inter legitimam, & reliquam hæreditatem, ut in prima parte, pro liberis, in altera verò pro pia causa respondendum sit; Et alijs demùm, probabilius, magisque judiciosè opinantibus, ut in ista quæstione, ut potè facti, ac voluntatis, erroneum sit, certam, ac generalem statuere regulam cuicumque casui applicabilem, cum potius, juxta hujusmodi quæstionum generalem naturam, decisio pendeat ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantijs, ex quibus, etiam in transversalibus, vel extraneis hæredibus, non implicat dari posse verisimilem majorem dilectionem ergà hæredem, quam ergà piam causam legatariam, & è contrà respectu liberorum; Benè tamen piæ causæ, adversus eos, qui non sint de liberis, pro majori dilectione afficit regula, quæ licèt inducat præsumptionem juris tantum, elidibilem per contrariam probationem, etiã præsumptivam, & conjecturalem; Attamen eam facit operationem, ut pro ipsa in dubio sit judicandum, ubi contrariæ probationes, vel conjecturæ non urgeant; Isteque est effectus dictæ quæstionis in abstracto disputatæ, non autem, ut idem generaliter in omni casu dicendum sit.

Ultrà hanc generalitatem, quod scilicèt concursus esset inter piam causam, & hæredes extraneos; Accedebant quoque pleræque specialitates, quæ pro meo sensu in hoc proposito principalitèr, magisque spectandæ sunt; Primò nempe, verbum *in perpetuum* pluries repetitum; Secundò subjecta materia, seu qualitas priorum operum, quæ tractum perpetuum, ac successivum probabiliter suadebat; Tertio vires hæreditatis, dum ita benè utriusque cõsultum remanebat, [idque nimium in hoc proposito attendendum venit]; Quarto in verisimilitudo, ut plus gravare voluerit uxorem, & nepotem cognitos, ac dilectos, quam alios successores nascituros, ac ignotos, magisque remotos; Quintò quia loquutus est de hæredibus in numero plurali, cù tamen ubi de stricto jure in verborum formalitate immorandum esset, unicus esset hæres, nepos scilicèt, dum ex veriori sententia, institutio uxoris hæredis usufructuaria, importat solum legatum juxta plenè firmata apud Merlin. *decis. 505.* aliàs *decis. 22. par. 6. rec.*, & pluries *sub tit. de legit. & detraet.* ac etiam *sub altero de hered.*, & *sub altero de fideic.*; Et sextò, quoniam ex alijs testamenti partibus cõstabat, quod etiam substitutos, ac ulteriores mediatos hæredes, sub isto hæredum vocabulo expresserat, dum idem genericum vocabulum in ejus lata significatione, ipsis quoque convenit; Ideoque ex his omnibus, probabilius esse credebam, ut hæc legata perpetuum successivum tractum habere deberent.

Major enim dubitatio circà dictam quæstionem, an legata relicta ab instituto, repetita censeantur à substituto, cadere videtur, quando ad primò institutum, per nomen proprium, ac appellativum dispositio directa sit, ut alibi *hoc eodem tit.* super ista quæstione advertitur præ. *ertim disc. 34.*; Et ni-

hilominus etiam isto casu, id producit simpliciter juris præsumptionem in dubio accedendam, quando alia in contrarium non urgeant, quod tamen nimium rarum est.]

Ideoquè omninò verius esse dicendum est, ut ista quæstione, eodem modo, quo generaliter in generalitatibus principaliter immoratur, quomam atque in casibus, ex eorum particularibus qualitate, & circumstantijs inquiri debet, attendendo principaliter substantiam venientis voluntatis potius, quam immerando in verborum formulis, & grammaticalibus significationibus, sicut in regulis, & doctrinis generalibus; Idque plures, ac semper inculcare oportuum, imò necessarium videtur, cum in hoc nimium invaluisse videatur modernorum pragmaticorum abusus in contrarium, pro meo sensu, perpetuò damnandus; Idem producit in ista facultate totæ quæstionis, & cõditiones in dies majores, non distinguendo aliam vel circumstantiarum diversitatem, à rationem, & à qua distinctione pendat applicatio, seu decisio, cum in hoc tota veritas dicantis, vel Consulentiis perit; Doctrinæ enim, & allegationum confusio, etiam in copia temporis, & liberorum, ac patientia habitibus, nimium hodie est factis, sed punctatim benè distinguendo triticum à palea, quod non omnibus conceditur.

## ROMANA LEGATI, SEV ONERIS

P R O

ARCHICONFRATERNITATE  
SANCTISSIMÆ TRINITATIS  
PEREGRINORVM

C V M

BARTHOLOMÆO CEDRONO.

*Responsum pro veritate.*

An conditiones, vel onera legato adjecta, quæ sint adeo præjudicialia, ut non expediat legatario acceptare vicent legatum, vel potius vitia remaneant, ac per scriptis habeantur, ideoque legatum adhuc debeatur.

SYMMARIUM.

- 1 **F** Acti series.
- 2 **F** Voluntas testatoris non potest dividi, neque pro parte acceptari, & pro parte non.
- 3 Quod in ultimis voluntariis conditionibus non reprobatæ vitiantur, sicut in contrariis.
- 4 Munus Procuratoris, & Ministri confessorij est quancumque revocabile.
- 5 De captatoria, vel dispositione, quæ cum conditione non habet.
- 6 Ubi voluntas est certa, illa debet naturaliter per Ecclesiam, vel piam causam servari.
- 7 De differentia, ubi conditio ab initio inest legato, vel quando illi puro adijcitur ex causa vallo.
- 8 Gravior infirmi plura dicunt ad suggestionem præter intentionem.

9 De verisimili voluntate testatoris, quod si cogitasset ad oneris prejudicium non adiecit, ac etiam legasset, & dantur similia.

10 Ademptio est obfusca, & stricte capienda.

11 Exitus causa.

## DISC. XLIII.



N testamento legavit Antonius Confraternitati, cui erat adscriptus, loca 20. montium, adjecto solum onere modici numeri missarum singulis annis; In codicillis autem, ad biduum, ac penes in mortis articulo conditis, aliud addidit onus, ut Confraternitas teneretur Bartholomæo nepoti conferre munus exactoris in capite ejus redditum, cum mercede, seu salario dari solito; Sin minus in ejusdem Bartholomæi facultate esset, aliam Ecclesiam, vel pium locum in dicto legato nominare; Cumque ex prudentialibus, & æconomicis motivis, dictæ Confraternitatis nimium qualificatæ Administratores judicarent non expedire hujusmodi onus adimplere; Tum quia munus erat magnæ confidentiæ; Tum etiam ob hujusmodi malam introductionem, ut ita captari possent Confraternitatis officia, seu munera; Hinc propterea plures desuper consuluit Advocatos, quid expediret, & an respuendo dictum onus, legatum assequi posset.

Alter Advocatus credebatur, ut legatum dividi non posset, sed vel esset in totum acceptandum cum sua causa, vel in totum repudiandum; An autem expediret unum, vel alterum eligere, id non pendebat ex puncto juris, sed ex alijs prudentialibus, & æconomicis motivis, de quibus ad ipsos Administratores, non, autem ad Jurisconsultos inquirere pertinebat.

Movebatur autem dictus Respondens, ex generali nimiumque vulgato axiomate, de quo in §. *disponat aurb. de nupt.*, ut testamentum præcepta pro lege servanda sint, ac etiam ex altero axiomate, quod unus & idem actus non potest pro parte approbari, & pro parte reprobari, ut in specie conditionum, quæ in legatis, alijsque ultimis voluntatibus adjunguntur, habemus integros titulos; De condit. *instit.*; De condit. *adjectis* &c.; Et de *instit.* & *substit.*; Eodemque triplici *tit. de legat. 1. 2. & 3.*

Et quamvis ipse admitteret verum juris principium, de quo particulariter, ac plene actum habetur *sub tit. de testam. disc. 73.* deductum ex text. in *l. 3. ff. de condit. & demonstr. l. 1. ff. de condit. instit.* ubi *Barr.* & alij communiter *l. reprobando Cod. de instit. & substit.* cum concordantibus, de quibus dicto *discursu. 73.* quod in ultimis voluntatibus, conditiones impossibiles, vel turpes non vitiant, sed vitiantur, ejusque pro non scriptis habitis, legatum validum est, ac debetur, cum in hoc differant ultima voluntates à contractibus, ut in istis individuum voluntatis rigorose attendatur, magisque stricte procedatur, in illis autem ex præsumpta mente testatoris hæc magis benigna interpretatio, ut eodem *disc. 73. de testam.*; Nihilominus ejus difficultas erat in applicatione, quod scilicet ista conditio non videretur impossibilis, neque turpis, vel inhonesta, seu aliàs de jure reprobata, cum ageretur de munere inferiori, & mecanico proportionato personæ, & cum jam per locum retineretur exactor tanquam necessarius, neque alteraretur solitum salarium, & consequenter id aliud non contineret nisi simplicem gratificationem assumendi in eodem munere, magis unam, quam alteram personam.

*Card. de Luca de Legat.*

Diversa fuit mea sententia, ut scilicet, potius intraret dicta juris regula, pro conditionis, seu oneris vitiatione, quodque ista conditio inhonesta esset, ac de jure improba, ideoque vitanda, ac habenda pro non scripta, eaque non obstante, legatum debitum esset.

Movebar; Tum ex circumstantijs facti, ex quibus in omnium sensu ista reputabatur mala, & perniciosa introductio, ideoque potius expediebat legatum repudiare; Tum etiam quia, cum munus hujusmodi procuratoris, & exactoris, reputetur summæ fiduciæ, illud de sui natura debet esse liberum, & quodcumque revocabile, adeo ut neque contractus expressus, atque de sui natura obligatorius ad id obliget, juxta unam opinionem, quam sequuta est *Rota in Romana æconomia*, de qua habetur actum *libr. 7. tit. de tutor. & administr. disc. 20.* ubi concordantes; Igitur multò minus dicebam ut obligatoria esse non debeat ultima voluntas, in qua iuxta supra insinuatam distinctionem, longè magis benignè proceditur.

Et fortius quia, cum hic minister, seu officialis magnum peculium administrare debeat, ita posset societatem notabiliter damnificare, ejusque exigendas pecunias consumere, alijsque usibus erogare, unde propterea dicebam quod ista dici posset dispositio captatoria, de qua *sub tit. de testam. disc. 42.*; Vel quod quamdam similitudinem cum ea contineret, & consequenter ut dicenda esset conditio à jure improba.

Quamvis autem crederem, quod de stricta juris censura hæc aliquam probabilitatem haberent, atque in judicio sustentabilia essent; Attamen, ubi constaret certitudinaliter, quod talis esset præcisa, & determinata voluntas testatoris, quia nempe aliàs legatum non fecisset; Tali casu in eadem sententiam ego quoque, devenissem, ut legatum, vel acceptandum esset cum tali onere, vel respuendum, cum in eo semper fuerim sensu pluris insinuat, ut Ecclesia, vel pia causa, debeat magis attendere solam veritatem naturalem, atque nolle ex quibusdam subtilitatibus juris positivi, captare aliena invito domino; Solumque ut alibi *hoc eod. tit.* advertitur, piæ causæ favor operatur circa benignam interpretationem voluntatis, quando hæc ambigua sit.

Verum favore legatarij pro rejectione oneris magis me movebant contrariæ facti circumstantiæ, ex quibus probabiliter testatoris voluntas esset potius in oppositum, dum onus, vel conditio adjecta non erat in ipsamet prima dispositione, adeo ut dicenda veniret conditio nativa, atque ab ipsa ordinatione insita, redolens individuum voluntatis, dum legatum in sua ordinatione facta in testamento condito in statu magis valido, & quando melior erat intellectus operatio, erat purum, illudque suam probabilem habebat causam magnæ affectionis, quam idem testator habebat erga adeo pium opus, in quo ipse longo temporis intervallo, tanquam unus ex confratribus, cum nimia charitate, ac frequentia se exercuerat; Codicilli autem iniiti erant penes in articulo mortis, ipsoque Bartholomæo præsentem, quo casu præsumitur, ut ad ejusdem suggestionem id factum esset ex deductis *apud Cappc. Latr. consult. 93. num. 40.*; Quoniam ut pluries advertitur in dicta sua materia *sub tit. de testam.* graviter infirmi, ac morti proximi, ex vi morbi, ac mortis cogitatione turbati, vel oppressi, non bene discurrentes quid agant, vel dicant, omnibus respondent affirmativè.

Et nihilominus, ubi etiam admittendus non esset hic intellectus, qui aliquam redolere videtur speciem

Causa dispositus coram Arbitro, postea concordatus.

Demandata per testatorem erectione aliquus Monasterij in domo eius habitacionis, an ipsa domus legata censeatur, & quomodo, quatenus non ibi, sed alibi Monasterium fundaretur; Et quid si domus pleno jure non spectaret ad testatorem, an hæres teneatur eam redimere, vel aliare æstimationem legatario.

SVM MARIVM.

- 1 **F** Alti series.
- 2 De usuris legatorum remissio.
- 3 Testator legare potest rem hereditariam, & de ea disponere, & quando licet.
- 4 An legata re aliena, debeat æstimari remissive.
- 5 De axioma quod actore non probante, rem solvitur, & de alijs similibus.
- 6 Legatum factum cum certo præsupposito, & cum certo sine, non debetur ipse cejante.
- 7 Si mandetur erigi Conventum in prædicto, per hoc ipsum prædictum rem legatario censeatur.
- 8 Si quis mandet ex ejus bono erigi Monasterium, istud censeatur heredi institutum.
- 9 Institutio hæredis sit per quamcumque verba verificari adjeta.
- 10 Legato redditum, censetur legatario bonorum fructantia.
- 11 De conclusionibus de quantum, & quando sit dicendum sit.
- 12 De materia fructuum rei legata, & de differentia inter legatum speciei, & quantum.

D I S C. XLIV.



Uta seriem de qua in hæc edicta causa sub tit. de usur. dist. 23, de legatum factum per N. Thomasettum scutorum 10. m. pro erectione conventus Religiosorum in patria, plures produnt controversias; Primam nempe inter PP. Scholarum Piarum, & Silvestrinos, cum post illud congrueret, & de hoc habetur sub tit. de legat. in Miscellan. Ecclesiastic. dist. 34; Et secundo post Victoriam à dictis PP. Scholarum Piarum portatam, cum hæredibus testatoris super legato implemento, quod plures habebat implemento seu punctos, quorum aliqui consiliebant in parte facto; Duo autem potissimum consiliebant in parte. Primò scilicet, an pro dicto legato quantitas deberent usura illius medij temporis, in quo implementum dilatum fuit; Et secundò cum testator mandasset, ut Conventus erigeretur in domibus ejus habitacionis, quarum aliqua pars tantam rem ad ejus liberam dispositionem, altera verò pars de qua

speciem delicti, ac turpitudinis, sed dicendum esset, ut ista conditio, ex sincera testatoris voluntate proveniret; Adhuc tamen, probabilius dicendum esse credebam, ut ita disponeret, eò quia crederet, quod conditio congruè impleri posset, neq; exinde superius insinuata inconvenientia resultarent, quodq; si ad id advertisset, verisimiliter eam non adjecisset, vel remississet; Ad instar eorū quæ habemus ad materiam textus in l. si unquam Cod. de revocand. donat. super resolutione donationis ob supervenientiam filiorū; Sive [magis proximè] quæ habemus de omnimoda irratione testamenti ex causa præteritionis ignoranter factæ etiam respectu legatorum, adeo ut non intret dispositio Authentice. ex causa Cod. de liber. præterit., ut in dicta materia de testamen. advertitur, quoniam, tam in uno, quam in altero, vel in alio simili casu, intrat consideratio, an ex facti circumstantijs, verisimilis testantis voluntas desumi valeat, ut hoc non obstante, adhuc legatum, vel aliam dispositionem fecisset.

Ponderando quoque in idem ea, quæ pluries hoc eodem titul. insinuantur circa odibilitatem ademptionis non præsumendæ, ac difficiliter inducendæ, & sic quod magna differentia sit inter casum, in quo ista esset unica dispositio, cui ab anitio hujusmodi conditio inesset, tanquam nativa, & in ipsa sui origine insita, cum tunc probabiliter dubitari posset, ut istius conditionis implementum fuisset primum in intentione testatoris, atque dispositionis causa finalis, vel saltem principaliter impulsiva; Et casum controversæ, in quo constabat, quod dispositio in sui origine erat pura, & principaliter ordinata erga pium opus, non solum ex legis generali præsumptione, sed ex dictis particularibus facti circumstantijs id nimium probabiliter suadentibus; Onus autem ex intervallo adjectum erat cum dictis circumstantijs aliquam suspicionem, seu malam faciem redolentibus, illudque ademptionem ita importabat; Atque cum his considerationibus, & particularibus facti circumstantijs, indagando substantiam verisimilis voluntatis testatoris, hujusmodi quæstiones decidendæ veniunt, potius quam cum regulis, ac propositionibus generalibus.

Quia verò legatarius prævidens difficultates adierat Congregationem Fabricæ Sancti Peetri, eandemque in casu non implementi nominaverat, libenterque nominatio acceptata fuerat, nisi societas, intra certum terminum, legatum cum sua causa acceptaret; Quamvis probabiliter sperari potuisset, præsertim à Congregatione Generali, justitiæ complementum prout de jure, omni ejusdem Fabricæ utilitate, vel interesse postposito; Attamen ex prudentialibus motivis, ego quoque in eam deveni sententiam, ut non deducendo ad praxim dictam conditionem, cum aliquo honesto concordie temperamento ejusdem conditionis remissio à præfato interessato obtineretur, atque ita credo sequutum esse, cum amplius de controversia actum non audierim.

\* \* \*

De L. U. de testamen. et c. q. VI. 9